

## διχόρειος / dichoreus (-ius)

1. [LONGIN.] *de subl.* 41. 1 μικροποιὸν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγων καὶ σεσοβημένος, οἷον δὴ πυρρήχιοι καὶ τροχαιοὶ καὶ διχόρειοι, τέλεον εἰς ὄρηστικὸν συνεκπίπτοντες.

CHOEROB. 219. 9 sqq. διτρόχαιος ἢ ἀντιπαράλληλος, ὁ καὶ κρητικὸς κατὰ Ἀριστοξένον ἢ διχόρειος ἢ τροχαικὴ ταυτοποδία, ἐκ μακρᾶς καὶ βραχείας καὶ μακρᾶς καὶ βραχείας, ἐξάχρονος.

TZETZ. *de metr.* 313. 23 sqq.

δέχεται (*scil.* τὸ ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος) καὶ διτρόχαιον. παιῶνάς τε δευ-  
τέρους

καὶ τοὺς πρωτεπιπρίτους τε καὶ δευτερεπιπρίτους  
καὶ χοριάμβους, μολόσσους ἐν χώραις ταῖς ἄρτιας,  
ἀναπαιστοπυρρήχιον, διχόρειον σὺν τούτοις,  
καὶ χορειοδακτύλους τε καὶ χορειαναπαίστους,  
καὶ ἰαμβοπυρρήχιον, διχόρειον σὺν τούτοις.

ANECD. CHIS. 12. II<sup>b</sup> (p. 25 Mangelsdorf) τοῦ αὐτοῦ (Aesch. *sept.* 962)  
ἔκανες ἔθανες

δίμετρος σώος, ὁ καὶ διχόρειος ἢ χορειακὴ ταυτοποδία· μετρεῖται γὰρ οὕτως·  
ἔκανες' χορεῖος, ἔθανες' χορεῖος.

ANON. AMBR. 229. 12 sqq. ὁ διτρόχαιος καὶ αὐτὸς ἐκ δύο τροχαιῶν συγκεί-  
μενος κέκληται. τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ ἀντιπαράλληλον λέγουσιν, ἤγουν κρητικὸν  
κατὰ Ἀριστοξένον, ἢ διχόρειον ἢ τροχαικὴν ταυτοποδίαν.

SCHOL. B in Hephaest. 302. 18 sqq. τέταρτος (*scil.* τῶν τετρασυλλάβων  
ποδῶν) ὁ ἀντικείμενος τούτῳ (*scil.* τῷ διαμβῶ) διτρόχαιος, ἐκ μακρᾶς καὶ  
βραχείας καὶ μακρᾶς καὶ βραχείας, ὁ καὶ κρητικὸς καὶ διχόρειος ἢ τροχαικὴ  
ταυτοποδία.

CIC. *orat.* 63. 212 sqq. insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus  
unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi cho-  
rei sunt, id est e singulis longis et brevibus. explanandum est enim, quod ab  
aliis eidem pedes aliis vocabulis nominantur. dichoreus non est ille quidem  
sua sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam vitiosum  
quam si semper est idem. cadit autem per se ille ipse praeclare, quo etiam sa-  
tietas formidanda est magis. me stante C. Carbo C. f. tr. pl. in contione dixit  
his verbis: 'o M. Druse, patrem appello' – haec quidem duo binis pedibus inci-  
sim; dein membratim: 'tu dicere solebas sacram esse rem publicam' – haec item  
membra ternis; post ambitus: 'quicumque eam violavissent, ab ominibus esse  
ei poenas persolutas' – dichoreus (nihil enim ad rem, extrema illa longa sit an  
brevis), deinde: 'patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit' – hoc dichoreo  
tantus clamor contionis excitatus est, ut admirabile esset.

CIC. *orat.* 67. 224 membratim quae sequuntur duo: (Cic. *Scaur.* fr. 45n  
Schoell) 'incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti'. deinde  
omnia tanquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur: 'de-  
pressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et quam fortunas tuas aes-

timasti? – dichoreo finitur. at spondeis proximum illud. nam in his, quibus ut pu[n]giunculis uti oportet, brevitatis facit ipsa liberiores pedes: saepe enim singulis utendum est, plerumque binis, et utri[u]sq[ue] addi pedis pars potest, non fere ternis amplius.

QVINT. *inst.* IX 4. 94 sq. nec solum refert quis clauda<t pes, sed claude>ntem quis antecedit. retrorsum autem neque plus tribus, iique si non ternas syllabas habebunt, repetendi erunt (absit tam poetica observatio) neque minus duobus (alioqui pes erit, non numerus). potest tamen vel unus esse, dichoreus si unus est, qui constat e duobus choreis.

QVINT. *inst.* IX 4. 103 cludet et dichoreus, id est idem pes sibi ipse iungetur, quo Asiani sunt usi plurimum; cuius exemplum Cicero (*orat.* 63. 214) ponit: ‘patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit’ ... 105 non optimus est trochaeus, si ulla est ultima brevis, quod certe sit necesse est: alioqui quo modo cludet, qui placet plerisque, dichoreus?

ΑΡΘΗΝ. GL VI 90. 10 sqq. recipit hoc metrum (*scil.* ionicum a maiore) trochaicas bases, id est duplicem trochaicum, qui totidem temporum est, sicut et iambicas bases choriambicum et antispasticum, quod fieri dicunt sed et vocant κατά συμπάθειαν. similiter anapaestum et pyrrichium geminatos recipit; adaeque et tribrachyn cum trochaeo seu contra mutato situ sociatos dumtaxat admittit. quod fit, ut supra ostendimus, cum longae solvantur in breves etiam in trochaica coniugatione, quam familiariter suscipit, quae coniugatio pedem tetrasyllabum ditrochaicum, id est duplicem trochaicum, quem dichorium in Oratore (63. 212) Cicero noster appellat, efficit.

AVG. *de mus.* II 8. 15 vigesimus secundus (*scil.* pes), dichorium vel ditrochaicum, ex longa et brevi, et longa et brevi, ut ‘cantilena’, temporum sex.

AVG. *de mus.* II 10. 18 spondeus quoque, dactylus, anapaestus, proceleumaticus, choriambus, diiambus, dichorium, antispastus, dispondeus, eadem ratione dividuntur: nam tantumdem temporis in his ponit plausus, quantum levat.

AVG. *de mus.* II 11. 21 versus autem ii sunt quos advertas volo: (Ter. Maur. GL VI 328. 89 sqq.)

at consona quae sunt, nisi vocabulis aptes,  
pars dimidium vocis opus proferet ex se:  
pars muta soni comprimet ora molientum:  
illis sonus obscurior impeditiorque,  
utrumque tamen promittitur ore semiclusio ...

considera igitur pedes, invenies profecto cum sint quinque versus, duos primos solis ionicis currere, tres posteriores habere admixtum dichorium, cum omnes omnino sensum nostrum communi aequalitate delectent.

AVG. *de mus.* II 12. 22 M. quid? illud nonne te movet quod in illis Terentiani versibus (GL VI 328. 89 sqq.) ionico ei qui a maiore dicitur, dichorium; in iis autem nostris alteri ionico qui a minore nominatur, diiambus mixtus est? an nihil interesse arbitraris? D. imo interest ... nam quoniam ionicus a maiore a duabus incipit longis, eum sibi potius copulandum poscit, ubi longa prima est, id est dichorium.

AVG. *de mus.* II 12. 23 dichorii (*scil. exemplum*), ‘civitasque’.

AVG. *de mus.* II 13. 24 M. nihilne formidas, ne quis arbitretur tam aequaliter istos pedes (*scil. senum temporum*) hoc ordine collatos sonare potuisse; si autem ordinem permutes, non idem posse? ... iam nunc ipsum ordinem muta, et ut libitum est, eosdem pedes collocatos aliter atque a me collocati sunt, personandos mihi plaudendosque permitte. D. primum volo esse ionicum a minore, secundum ionicum a maiore, tertium choriambum, quartum diiambum, quintum antispastum, sextum dichorium, septimum molossum.

AVG. *de mus.* IV 11. 12 sq. M. non ergo recte post dichorium iambus ponitur ... hoc ergo tenebimus in metris sex temporum pedum, dichorium iambo, antispastum spondeo male claudi ... nam manifestum tibi esse arbitror, alios esse sine mediis syllabis pedes ... alios in quibus medium aut primae parti, aut extremae, aut utriusque, aut neutri, spatio conveniat ... neutri, ut in cretico, sive in paeonibus secundo et tertio, sive in diiambis, dichorio, antispasto ... D. et hoc aequo scio, et quo tendat exspecto. M. quo tandem putas, nisi ut videas iambum post dichorium ideo male poni cum silentio, quia medium eius est nec primae parti aequale nec extremae, et idcirco a levatione ac positione discordat? ... D. si aliis tacitis me consuleres quemadmodum sonarent, exemplis subiectis, aut post dichorium iambus, aut post antispastum spondeus, cum silentio positi; dicam quod sentio, fortasse approbarem et laudarem.

RVFIN. GL VI 575. 12 sqq. Pompeius Messalinus de numeris et pedibus oratorum sic dicit: «Cicero (*orat.* 64. 215 sq., 218) spondeum incisus idoneum putat, quia, ut ait, paucitatem pedum gravitate sua et tarditate compensat; dochmium aptum quovis loco esse, dum semel ponatur, quoniam continuatus numerum asperum efficiat; dichoreum quoque praeclare cadere: sed palmam de omnibus cretico tribuit». idem de sallustiana compositione sive de numero et structura sic dicit: «nunc, si videtur, sallustianae periodi numeros inspiciamus: ... ‘ac deinde’ dichoreus sive ditrochaeus».

QVAEST. GRAMM. GL VIII 179. 11 sqq. et Augustinus in libro de doctrina christiana, ubi ponens illud apostoli: «carnis curam ne feceritis in concupiscentiis», evidenter ostendit ‘feceritis’ esse dichoreum.

ANON. GL VI 307. 20 tetrasyllabi pedes <sunt> numero sedecim ... 308. 10 sqq. ditrochaeus, qui et dichorius, qui fit ex duobus trochaeis sive choriis, id est ex longa, brevi et item longa, brevi syllaba, temporum sex, ut ‘dimicare’.

2. ANON. BEROL. 296 διχόρειος ~ ~ ~ ~ ~ ‘ἀγαθὸς ὁ θεός.’ [F.R.]